



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Conciliarvm Omnium Generalium Et Provincialium Collectio Regia

Ab anno CCCCLII. ad annum CCCCLXXX.

**Parisiis, 1644**

XXI. De episcopis qui, quod repetere poterant, praetermissa Synodo,  
inuaserunt.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14918**

ANNO  
 CHRISTI  
 416.

scopi deferat: formatae autem, quae a primatibus vel a quibuscumque episcopis clericis propriis dantur, habeant diem paschae. Quod si adhuc eiusdem anni paschae dies incerta est, ille praecedens adiungatur, quomodo solet, Post consulatum, in publicis gestis adscribi.

XXI.

Item placuit, ut quicumque episcopi, quascumque ecclesias vel plebes, quas ad suam cathedram aestimant pertinere, non ita repetierint, ut causas suas, episcopis iudicantibus, agant: sed alio retinente irruerint, siue volentibus, siue nolentibus plebibus causae suae detrimentum patiantur. Et quicumque iam hoc fecerint, si nondum est inter episcopos finita contentio, sed adhuc inde contendant; ille discedat, quem constiterit, praetermissis \* iudiciis ecclesiasticis, irruisse. Nec sibi quisque blandiatur, si a primite, ut retineat, literas impetrarit: sed, siue habeat literas, siue non habeat, conueniat eum qui tenet, & eius literas accipiat, ut eum appareat pacifice tenuisse ecclesiam ad se pertinentem. Si autem ille aliquam quaestionem retulerit, per episcopos iudices causa finiatur, siue quos eis primates dederint, siue quos ipsi vicinos ex consultu primatis delegerint.

Cod. Cat.  
 cap. 120.  
 Conc. Afr.  
 cap. 87.  
 16. quest. 6.  
 Placuit, ut  
 quicumque  
 episcopi ecc-  
 lesias.

\* iudici-  
 bus

XXII.

Item placuit, ut presbyteri, diaconi, vel ceteri inferiores clerici, in causis quas habuerint, si de iudiciis episcoporum suorum questi fuerint, vicini episcopi eos audiant: & inter eos quidquid est, finiant adhibiti ab eis ex consensu episcoporum suorum. Quod si & ab eis prouocandum putauerint, non pro-

Cod. Can.  
 cap. 125.  
 Conc. Afr.  
 cap. 92.  
 1. quest. 6.  
 Placuit, ut  
 presbyteri.